

# Præparatio ad Nativitatem Domini Nostri Iesu Christi



*Novena di Natale tradizionale  
con melodia delle Profezie adattata  
al "Rorate coeli" del Liber Usualis*

# NOVENDIALES PRECES

## Ante sollemnitatem Nativitatis Domini

**R.** **R** e-gem ven-tu-rum Do-mi-num, ve-ni-te a - do-re-mus

**1.** **J**u-cun-da-re fi-li-a Si-on et e-xul-ta sa-tis

fi-li-a Je - ru - sa - lem: ec-ce Do-mi-nus ve-ni-et, et e-rit in di-e


il - la lux ma-gna, et stil-la-bunt mon-tes dul-ce-di-nem et col-les

flu-ent lac et mel, qui-a ve-ni-et Pro-phe-ta ma-gnus et I-pse


re-no-va-bit Je - ru - sa - lem **R.** Re-gem...

**2.** **E**c-ce ve-ni-et De-us et ho-mo de do-mo Da-vid se-de-re in tro-no,

et vi-de-bi-tis et gau-de-bit cor ves-trum. **R.** Re-gem...



3. **E**cce veniet Dominus protector noster, Sanctus Israel



coronam regni habens in capite suo, et dominabitur




a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos



orbis terrarum. **R.** Regem venturum Dominum .....



4. **E**cce, apparebit Dominus et non menti-etur: si moram fecerit




expecta e-um, quia veniet et non tardabit. **R.** Regem .....



5. **D**escendet Dominus sicut pluvia in vellus, orietur in diebus




ejus justitia et abundan-ti-a pa - cis, et a-dorabunt E - um



omnes re-ges terræ, omnes gen-tes servi-ent E - i. **R.** Regem...




**6.** **N**asce - tur nobis par - vulus, et vocabitur De - us for - tis.



Ipse sedebit super tronum David Pa- tris su - i et imperabit,




cu - jus po-te - stas super hu - merum E - jus. **R.** Regem...




**7.** **B**e - tle - hem ci-vi-tas De-i sum-mi, ex te e-xi-et do-mi-



na-tor J - sra - el, et e - gres-sus e-jus si-cut a prin-ci-pi-o



di-e-rum æ - ter - ni - ta - tis , et ma-gni-fi-ca-bi-tur in me-di-o



u-ni-ver-sæ ter-ræ, et pax e-rit in ter-ra no-stra dum



ve-ne-rit. *R.* Regem venturum Dominum venite ad - o - remus

---


*In Vigilia additur:*



Cra-sti-na di-e de-le-bi-tur i-ni-qui-tas ter-ræ, et re-gna-bit



su - per nos sal-va-tor mun-di. *R.* Regem...



Pro-pe est jam Do-mi-nus, Ve-ni-te, a - do - re - mus.

---

## *PSALMUS*

Lætèntur cæli, et exùltet terra \*  
jubilâte, mòntes, làudem.

**Erùmpant mòntes jucunditatem \*  
et còlles justitiam.**

Quia Dòminus nòster vèniat \*  
Et pàuperum suòrum miserèbitur.

**Rorate cæli dèsuper et nùbes plùant jùstum \*  
aperiàtur tèrra et gèrminet Sàlvatorem.**

Memènto nostri, Dòmine, \*  
et visita nos in salutàri tuo.

**Ostènde nòbis Dòmine, misericòrdiam tuam,\*  
et salutàre tùum da nòbis.**

Emitte Agnum, Dòmine, dominatòrem tèrræ, \*  
de pètra deserti ad mòntem filiæ Sion.

**Veni ad liberàndum nos, Dòmine, Deus virtùtum \*  
ostènde facièm tùam,et sàlvi èrimus.**

Veni, Dòmine, visitàre nos in pàce \*  
ut lætèmur còram te, còrde perfècto.

**Ut cognoscàmus, Dòmine, in terra viàm tùam \*  
in òmnibus gèntibus salutàre tùum.**

Èxcita, Dòmine, potèntiam tùam, et veni; \*  
ut sàlvos fàcias nos.

**Veni, Dòmine, et nòli tardare, \*  
relàxa facinora plèbi tùæ.**

Ûtinam dirùmperes cælos et descènderes, \*  
a fàcie tua mòntes deflùerent.

**Veni, et ostènde nòbis facièm tùam,Dòmine, \*  
qui sèdes sùper Chèrubim.**

Gloria Patri...


## *CAPITULUM*

*(Cfr. Ad Hebraeos 6, 20; 7,2.3)*

Præcùrsor pro nòbis, ingrèditur Agnus sine macula, se-  
cùndum òrdinem Melchisedech, † Pòntifex fàctus in ætèr-  
num et in sàeculum sàeculi. \* Ipse est Rex iustitiæ, cùius gene-  
ratiò non hàbet finem.

**℟. Deo gràtias.**

## HYMNUS



**E** N cla-ra vox re - dar - gu - it, ob - scu - ra quæ - que per - so - nans,  
pro - cul fu - gen - tur som - ni - a, ab al - to Je - sus pro - mi - cat.

Et Agnus ad nos mittitur  
laxare gratis debitum,  
omnes simul cum lacrymis  
precemur indulgentiam.

Beatus Auctor saeculi  
servile corpus induit,  
ut carne carnem liberans,  
ne perderet quos condidit.

Castae Parentis viscera  
caelestis intrat gratia  
venter puellae bájulat  
secreta quae non nóverat.


Domus pudici pectoris  
Templum repente fit Dei,  
intácta, nésciens virum,  
concepit alvo Filium.

Deo Patri sit glória,  
Eiusque soli Filio,  
cum Spíritu Paráclito  
In saeculorum saecula. Amen.


# ANTIPHONÆ AD MAGNIFICAT

16

€




Cce Rex véni- et \* Dóminus térrae, et ípse




áuferet júgum capti-vi-tá-tis nóstrae.

17


O




Sa-pi-énti-a, \* quæ ex o-re Altíssi-mi prod-



í-sti, at-tíngens a fi-ne usque ad fi-nem, fórti-ter



su-á-vi-ter disponénsque ómni-a: ve-ni ad docéndum



nos vi-am prudénti-æ. E u o u a e.



## 18

O

A-do-ná- i, \* et Dux domus Isra- el, qui Mó-  
 y-si in igne flammæ ru-bi appa-ru- í- sti, et e- i  
 in Si-na legem de-dí- sti: ve-ni ad red- iméndum nos  
 in bráchi- o extén-to. E u o u a e.

## 19

O

Ra- dix Iesse, \* qui stas in signum popu- ló- rum,  
 super quem conti- nébunt re- ges os su- um, quem gentes de-  
 pre- ca- búntur: ve-ni ad li- be- rándum nos, iam no- li  
 tardá-re. E u o u a e.

20

O



Cla-vis David, \* et sceptrum domus Isra-el:  
qui á-pe-ris, et nemo claudit; claudis, et nemo á-pe-  
rit: ve-ni, et e-duc vinctum de domo cárce-ris, se-dén-  
tem in té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

21


O



O-ri-ens, \* splendor lu-cis æ-térnæ, et sol  
iu-stí-ti-æ: ve-ni, et il-lúmi-na sedéntes in  
té-nebris et umbra mor-tis. E u o u a e.

22

O



Rex génti-um, \* et de-side-rá-tus e-á-rum,

la-pisque angu-lá-ris, qui fac-is útraque unum: ve-ni,  
 et salva hómi-nem, quem de limo formá-sti. E u o u a e.

## 23

**O**

Emmá-nu-el, \* Rex et lé-gi-fer noster, exspec-  
 tá-ti-o génti-um, et Salvá-tor e-árum: ve-ni ad  
 salvándum nos Dó-mi-ne De-us no-ster. E u o u a e.

## 24

**C**

UM òrtus fù - e-rit \* sol de cælo, vidébi-tis Ré-  
 gem ré - gum procedéntem a Pàtre, tamquam spònsum  
 de thàlamo sù- o. E u o u a e.

## MAGNIFICAT

**M**agnificat \*  
anima mea Dóminum;  
**Et exsultavit spíritus meus \***  
**in Deo salutari meo,**

Quia respéxit humilitatem ancíllæ suæ: \*  
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes,

**Quia fecit mihi magna qui potens est, \***  
**et sanctum nomen eius,**

Et misericórdia eius a progénie in progénies \*  
timéntibus eum

**Fecit poténtiam bràcchio suo; \***  
**dispérsit supérbos mente cordis sui.**

Depósuit poténtes de sede, \*  
et exaltavit húmiles.

**Esuriéntes implévit bonis, \***  
**et dívites dimísit inanes.**

Suscépit Israel, puerum suum, \*  
recordatus misericórdiæ suæ,

**Sicut locútus est ad patres nostros, \***  
**Abraham et semini eius in sæcula.**

Glória Patri...

*Repetitur Ant. ad Magnificat*

## ORATIO

Oremus.

**F**estína, quæsumus, Dòmine, ne tardáveris, \*  
et auxilium nobis supernæ virtutis impende; †  
ut adventus tui consolatióne sublevèntur,  
qui in tua pietate confidunt.

Qui vivis et regnas cum Deo Patre  
in unitate Spiritus Sancti, Deus,  
per omnia sæcula sæculorum.

**R.** Amen.